Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cia ipse xpc. de quo idem paulus.
xpc factus est iusticia. & sanctificatio.
& redemptio nostra. Esuriamus ergo illam iusticiam uir
tutum. ut numquam nos satis iustos esse
credamus. et magis uelimus. facere
bonum quam ipsa facultas suppe
tat. Esuriamus & xpm. uestigia eius
imitando. De hac esurie & siti
loquitur alibi sapientia. Qui edunt me ad
huc esuriunt. & qui bibunt me
adhuc sicient. Quanto ardore iu
sticia appetenda sit dominus mani
festat. qui hanc sub exemplo esuri
ei & sitis commendauit. quia esurien
ti & sitienti nichil congruentius quam
cibus & potus. Huius saturitas promitti
tur. idem refectio eterne felicitatis.
Beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam con
sequentur. Misericors dicitur quasi mi
serum habens cor. Misericors est qui
aliorum miseriis compatitur. & eis sub
uenire studet. Pluribus exemplis
sanctarum scripturarum ad misericordiam prouo
camur. in quibus permaximum est illud.
estote misericordes. sicut et pater uester ce
lestis misericors est. Recte his
misericordiam pollicetur. quia qui aliorum mise
riis compatitur & ipse meretur a mise
riis liberari. Misericordia uero translatiue
in deo dicitur. Beati mundo cor
de. quoniam ipsi deum uidebunt. Mun
dandus est oculus cordis. quoniam
si hec lux corporea non uidetur nisi sim
plex sit oculus corporis. multo mi
nus illa incorporea lux uidetur nisi sit
simplex oculus mentis. Hinc spiritus sanctus
interroganti dauid quis ascenderet in
montem domini aut quis staret in loco
sancto eius. respondit. Innocens mani
bus et mundo corde. Maior uero bea
titudo esse non potest quam illa que istis pro
mittitur scilicet facultas uidendi deum.
Et quia dauid intellexit se ad hanc uisio
nem peruenire non posse nisi mundo cor
de. orabat dicens. Cor mundum crea
in me deus. Quare autem dicit uidebunt.
& modo non uidetur. Uidetur nunc. sed per specu
lum & in enigmate. et ex parte. tunc autem
uidebitur sicuti est ut ait iohannes. & fa
cie ad faciem sicut dicit paulus. Beati
pacifici. quoniam filii dei uocabuntur.
Magna est uirtus patientie a qua
pacifici nominantur. Hanc dominus
discipulis suis commendans dixit. Pacem
relinquo uobis. pacem meam do uobis.
Item. Pax uobis. Et paulus. Sequimi
ni pacem. & sanctimoniam. Et angeli na
to domino hanc decantant. gloria in ex
celsis deo. et in terra pax. Et psalmista.
Factus est in pace locus eius. Si locus dei
in pace factus est. studeamus esse pacifi
ci. quatenus pacis datorem mereamur
habere habitatorem. Quo premio re
munerabimur. Erimus filii dei. Si filii.
et heredes. Et si heredes. coheredes xpi.
Beati qui persecutionem patiuntur propter
iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum.
Non quia pro criminibus persecutionem pa
ciuntur beati sunt. sed qui propter generalem
iusticiam. siue propter xpm. Hec oc